

Folium

l.

adiutorium dei creature gratis impensum. sine qua grā nulla creatura p̄t
quicq̄ facere. nec in suo ee durare. Secōdo capit̄ pp̄rie. 2 sic d̄r donū quo aliq̄
quis se p̄parauit ad suscipiendū sp̄s sanctū. 2 illius grē interest reuocare l̄
berū arbitrium a malo. faciendo bonum. Tercio capit̄ pp̄riissime. 2 d̄r
quasi gratum faciens. 2 sic d̄r donum dei datum alicui ab intra. ad meren-
dum regna celestia. sine qua grā nemo p̄t mereri nec in bono proficere nec
ad gloriā puenire. Itē
nota s̄m ap̄tm ad cor̄th.

Nota hoim sunt. s. ha-
bitaculū sp̄s sancti. s̄m quē
dicite Nescit̄ q̄ corda ve-
stra s̄t templū sp̄s sancti
Et alibi. Nescitis quia
sp̄s sancti habitat in vo-
bis. cū s̄ corda nostra s̄t

habitaacula spiritus sancti. ideo digne petimus vt expulsis nostris vicijs
faciet nostrum habitaculū dignū ad receptōnem gratie spiritus sancti. que
non introibit nec inhabitat in corde subdito peccatis

¶ Item nota auroz petit spiritus sanctum vt purget omnia vitia. Vbi
nota. sicut virtutes sunt duplices. quedam corporales. vt fortitudo tem-
perantia zc. que alio noie morales dicuntur. 2 quedam sunt virtutes sp̄-
rituales seu intellectuales. sicut sapientia seu prudentia. Sic per oppositū
duplices sunt iniquitates 2 vitia que opponuntur istis. Quedam sunt vi-
tia corporalia. vt incontinentia in temperantia zc. 2 ista opponuntur virtu-
tibus corporalibus. Et quedam sunt spiritualia que opponuntur virtutē
bus spiritualibus. sicut iniusticia insipientia concupiscentia 2 superbia. Do-
do auroz in littera petit q̄ spiritus sanctus purgat a nobis vitia spiritualia
quia talia maxime hominem coinquiant cum ista vitia progrediuntur ex
intentione mentis. Non em̄ quod ingreditur ventrem coinquinat animā
sed quod procedit ex ore coinquinat animam. Item nota. littera dicit
amator. vnde spiritus sanctus dicitur amator tribus modis. Primo effe-
ctiue. qz efficit nos sua gratia diligere deum 2 proximum. Secūdo forma-
liter vel exemplariter. qz per ipsum diligimus deum 2 proximum. Tercio
per modum inherētie. quia inheret anime rationali cui inducit donum
quo ipsa anima diligit deum.

¶ Pro terminis nota. assit est. verbum
neutrū compositum ab ad 2 sum. mutando d̄ in s. 2 caret supinis
¶ Item expulsus est participium decomposite figure ab illo verbo expel-
lor. ¶ Item clemens est nomen 2 exponitur hic aduerbialiter
Tunc ibi. Tu purificator omnium flagitiorum spiritus zc.

¶ Hec est secunda pars huius sequentie in qua auroz inuocat spiritū
sanctum amplificando materiam huius petitionis dicens (O spiritus)
scilicet sancte. cu existens (purificator) id est mundator (omnium flagi-
tiorum) id est peccatorum que sunt macule anime (Tu purifica) id
est munda (oculum) id est intellectum interioris hominis (id est ani-
me nostre (vt supremus genitor) pater celestis (possit videri) a nobis

h̄ ij

57

Opus
de anima
30